



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1740. usque ad annum 1742

**Fleury, Claude**

**Augustæ Vindelicorum, 1787**

**VD18 90119649**

§. 17. Alexander Saulius Beatorum Albo a Benedicto XIV. Papa inscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67882](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67882)

*Rex noster!* ad hanc vocem omnes Re- Sæc. XVIII.  
 gni Ordines evaginato acinace se fan- A. C. 1741.  
 guinem & vitam pro Majestate sua pro-  
 fundere paratos esse contestabantur, &  
 contractis ex populo triginta armatorum  
 millibus, jam Mense Octobri quindecies  
 mille Nobiles, qui propriis mererentur  
 stipendiis, ad Posonium castra meta-  
 bantur. Insuper Ordo quoque Eccle-  
 siasticus ad ferendas belli expensas solli-  
 citabatur; ast ille respondit, Hungariæ  
 Clerum in Turcicis duntaxat bellis de-  
 cimam partem conferre, & quidem in iis  
 solum, ubi Religionis defendendæ ne-  
 cessitas urgeret, neque sibi integrum  
 esse, absque Sedis Apostolicæ indulto  
 in petita consentire: nihilo tamen mi-  
 nus uterque Clerus non quidem ex lege  
 sibi imposta, sed ex ultronea liberali-  
 tate amplissimis omnisque generis sub-  
 sidiis largiter concurrebat.

§. XVII.

*Alexander Saulius Beatorum Albo a  
 Benedicto XIV. Papa insertus.*

Inter Pastoralis officii sui curas Bene-  
 dictus XIV. primam ac potissimam  
 habuit, ut Christi fideles ad perfectio-  
 rem Dei cultum propositis novis virtu-  
 tum exemplis excitaret: ad id vero pro  
 præsentis temporum vicissitudine nil ma-  
 gis



**Sæc. XVIII**  
**A. C. 1741.**

gis opportunum fore censebat, quam  
Sanctorum Dei merita extollere, ac de-  
bitæ venerationis cultum eorum pre-  
sertim promovere, qui dum in hac  
peregrinabantur, Apostolico suo studio  
olim vel maxime rigabant illam pa-  
triam, ubi hodie dum invalescentibus  
vitiis zizaniis rursus virtutum  
na exarescere videbantur. Hæc  
potissima ratio, quæ hunc Pontificem  
permovet, ut rite comprobatis virtutibus  
ac miraculis Alexandri Saulii Be-  
nici Regularis S. Pauli Barnabite Be-  
nificationem maturare satageret:  
enim, ait ipse in sua Bulla, intelligitur  
in hac temporum conditione, esse opor-  
tunius, quam ut universis Christi-  
anis & animarum maxime Pastoribus  
beriora suppetant ad imitationem exempli  
atque in ejusdem patrocinio, fatisque  
mirandis præsidia ad pacem, tranquillitatem,  
& salutem, tam inter Christianos  
omnes, quam inter eos potissimum  
procurandam, quos ab illo per viginti  
amplius annos, non tanquam solius  
Corficæ Episcopo, sed totius Corficæ  
solo olim salutaribus monitis ac legibus  
instructos & moribus correctis, ex-  
odiis, conciliatis animis, reformatis  
Clericis, viam mandatorum Dei  
edoctos, ipsa rerum humanarum  
rumque perturbatio jam dudum inibi



orta, a tradita sanctissima disciplina alienos tenet.

Sæc. XVIII.  
A. C. 1741.

Postquam igitur S. Rituum Congregatio unanimi consensu declarabat, Saulium patria Mediolanensem primo Aleria in Corsica, dein Papiæ Episcopum vitæ sanctitate, virtutibus in gradu heroico, ac miraculis inclytum tuto Beatorum honoribus decorari posse, Pontifex die vigesima tertia Aprilis ad Imperatoris, Siciliae Reginae, Sabaudiae & Etruriae Ducum, necnon Reipublicæ Genuensis, ac potissimum Italiae Episcoporum preces concessit, ut idem Dei Famulus imposterum Beati nomine nobilitaretur, ejusque corpus & reliquiae fidelium venerationi exponerentur, ac de eo quotannis die vigesima tertia Aprilis Officium & Missa recitari posset. Præterea idem Pontifex indulgit, ut non modo in Bohemiae Regno, sed in omnibus hæreditariis Domus Austriacæ regnis Festum S. Joannis Nepomuceni sub ritu duplici secundæ classis celebrari, & de eo propria Missa & officium cum octava peragi valerent.

§. XVIII.

*Benedicti XIV. Pontificis Constitutio circa Matrimoniorum dissolutionem.*

Præterea idem Pontifex totus in eo erat,

D d 3